



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

202. Quid sit à Presbyteris prædicandum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Quid sit à Presbyteris prædicandum.

CCII. Primò omnium prædicandum est omnibus generaliter ut credant Patrem & Filium & Spiritum sanctum unum Deum esse omnipotentem, qui omnia fecit, & unam esse deitatem & substantiam & majestatem in tribus personis Patris, Filij, & Spiritus sancti.

Lib. 1. Capitular. c. 82.  
Burchard. lib. 2. c. 59.

Item prædicandum est quomodo filius Dei incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine pro salute humani generis, passus, sepultus, tertia die resurrexit, & cœlum ascendit, in fine mundi veniens judicare omnes homines secundum opera propria; quo modo impij cum diabolo in ignem æternum mittentur, justi cum Christo in vitam æternam erunt.

Burchard. lib. 2, c. 60.

Item prædicandum est quòd omnes homines in propria carne resurgent.

Burchard. lib. 2. c. 61.

Item prædicandum est pro quibus criminibus cum diabolo deponuntur, quæ Apostolus enumerat, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, &c. Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Et ideo hæc cum omni studio prohibeantur.

Burchard. lib. 2. c. 65.

Item prædicandum est de dilectione Dei & proximi, de fide & spe in Deo, de humilitate, patientia, castitate, benignitate, misericordia, de eleemosynis, de confessione, ut fratribus ex corde remittatur. Qui hæc & his similia agunt, regnum Dei consequentur.

Burchard. lib. 2. c. 64.

De eadem re. *Ex eodem lib. 1.*

*cap. CLIV.*

CCIII. Ut unusquisque Presbyter capi-

Lib. 1. Capitular. c. 160.

G iiij